

E. 668

ARCHIVO GENERAL
DE SIMANCAS

Casar inuicissime, post humillimam seruitiorum nostrorum
commendationem Altem vram celare non possumus quomodo
a Jona de offenburg Matis via Casarea Legato mandatum
sit allatum, Et quamquam illud non solum meam personam,
verum etiam Charissimas mihi fratrem et affinem Ludouicum
Comitem de nassao et Willhelmum Comitem in Bergh conueniat;
tamen ego idem pro summa mea erga Matem Vram Casream
obseruantia, debita reuerentia accepi. Et quantum ad meam
personam attinet, dubium mihi non est, quin Alti Vra Cas:
ex meis iam antea factis Informationibus humillimis multi,
sarijs, quas hic repetere non necessarium et nimis longum foret,
quibus grauissimis de causis vna cum reliquis meis amicis et
Consortibus ad arma capienda pro inuitabili et Justissima
offensione et repugnatione contra mihi infensum Ducem de
Alba, suos asseclas, et nunc per multum tempus in hisce Infe-
rioris Germaniae partibus, in summi, medij et infimi hominum
ordines exercitatum tyrannidem inauditam sine compulsus
Qua propter ego nunquam persuaderi potuissem, quod Vra Alti
Cas: ab illis, qui Regie Hispaniarum Alti certam fere pernitiem
et hisce Inferioris Germaniae partibus euersionem moluntur, ad
tam seuerum mandatum promulgandum commoueri potuisset,
singulariter perpendendo, quod Alti Vrae Cas: de toto negotio
constiterit, quodq; admissio Albi Ducis truculentia ac
Inferiora in hunc statum difficillimum idem deduxerit, quodq;

quodq; etiam per me, mihiq; Confederatos apud Matrem Vram Cas.
Magnates et Imperij Electores ac Principes media amicitia
vel de Jure debita sint quasita, sed nihil impetrare potuerimus, ita
ut ego vna cum adiunctis, si noscerim miseram ac perturbatam patriam
cum amissione omnium suorum privilegiorum, libertatum, immunita-
tum ac Jurisdictionum sub intollerabili Jugo Albanice Pyramidis
esse suppressam, ac etiam proprias meas Ditiones atq; subditos exis-
timationemq; in summum meum dedecus pessundare, ac extrema
miseria exponere, nullum aliud medium, quam auxilio amicorum
fidelium, ad instantiam grauatissimorum subditorum, in nomine
Dei omnipotentis bello et armis hoc negotium contra Ducem
Albanum expedire nouerim. Ut et de me nemo Judicij sanioris
aliter existimabit, Cum mihi, non solum scripta, verum etiam
naturalia, et gentium Jura, incassum toties petenti ut de Jure
agatur (ubi etiam, quod et Mti. Vrae notum, omnis spes mea
recuperandi adempta, mihiq; a praedicto Duce Albano iam diu
de internecione insidiatum est) armis ac vi, tanquam extremo
medio, vim repellere concedant; et etiam a Romanis Imperatoribus
saluberrime sit prospectum, ut, si quis alterum ad aequum neutri
parti suspectum, et de regione consuetum, Judicium, pro expectanda
sententia legitimo tramite adducere nequeat, eidem liceat vi ab
altero suum repetere. Quia igitur ego, nec ex praefato mandato,
nec haecenus nullam omnino viam vel rationem percipere potui,
qua, cum meis, extrema necessitate, pro mea parte stare compulsis,
ad Judicis sententiam adigere possimus: Ego coram Deo, ac Mte
Vrae Caesareae protertor, quod inuitus, et quod Judicia neutri parti

parti suspecta repudientur, ad hoc bellum cogar suscipiendum, in quo,
 nihil aliud sibi quaesiturus, quam quod de Jure cuiuslibet deberetur, ac
 de expectari posset /

Quod vero in dicto Mandato Inferiori Germania praecipuum Romani
 Imperij membrum esse ita exaggeratur, et ideo in hac expeditione
 contra pronunciatam Imperij pacem, aliq^{ue} eiusdem mandata de facto
 aqi pluribus verbis objicitur, E diverso notandum est, quam crudeliter
 in eadem Germania Inferiori per aliquot annos huc usq^{ue} multa millia
 Christianorum Confessionem Augustanam sequentium sint trucidata,
 qua caedes huius seditionis non minima causa est. Si igitur eidem,
 ut principali membro, proclamata pax Religionis permansisset,
 et de nemine vitae supplicium fuisset sumptum, sed salutari medicina
 in praefata pace uti licuisset, maiori pars fundamenti ac radicis huius
 belli abscissa fuisset. Ad haec, si ista pacificatio, et quae
 ante et post illam pro tranquillitate observanda saluberrime in
 Saero Imperio constituta sunt, in me, meosq^{ue} hic locorum facere
 debent, aequum foret, ut Dux Albanus iisdem decretis ac
 constitutionibus esset subiectus, qui tamen in primo suo adventu
 et initio sui hostilis Regiminis nihil omnino secundum pras
 cripta Juris, multo minus secundum tenorem sapientis dictae pacis
 ordinationem, sed omnia vi, ac de facto, et contra suum Regiae
 Hispaniarum Matri Juramentum praestitum egit, tam summi,
 quam infimi ordinis homines, Principes, Comites, nobiles ac
 plebeios indiecta causa trucidavit, vel de suis bonis, possessionibus
 ex patria miserabiliter in exilium expulit, bona eorum abstulit
 et in summa, omnia pro libitu instituit, in quibus nihil minus

quam Sacri Imperij, eiusdemq; pacis constitutionum rationem
habuit: quemadmodum etiam semper, non solum omnibus à
Sacro Imperio sibi iniunctis nunquam paruit, verum etiam
audacter affirmare non est veritus, ac quoq; protestatus sibi
omnino nihil esse negotij cum Germania Imperio. Cum
ergo hæc omnia contra Imperij constitutiones perpetravit, omnino
alienum esse videtur, quod ipsæ gaudere ac uti velit, et sanè
iniquum, ea, qua pro sua parte æqua et iusta censet, nos, omnibus
tam mobilibus, q̄ immobilibus bonis expoliatos non excusare
debere, sed contra omne Jus atq; æquitatem Regiam ac legitimam
tramitem nobis nostra recuperandi esse sufferendam.

Dum igitur, Cesar invidiosissime, ex hinc omnibus satis superq; apparet,
quibus modis indies magis magisq; suam Tyrannidem Dux
Albanus exercere pergat, et hæc Inferioris Germaniæ fines
supprimere ac penitus deuscare anhelet, et miseros Christianos
Religionem in vero Dei verbo fundatam profitentes truculen-
tissime persequatur et extirpet, Ego quoq; vna cum meis
Assacis nulla omnino nostrarum petitionum, instantiarum atq;
patientie habitaratione, ad nullam restitutionem pervenire
possumus, sed præter innumerabilia aggravamina atq; tribu-
lationes, ac vi, bona nostra capta (quibus sine omni culpa ad
sexum hæctenus annum miserè careo) in hodiernum vsq;
diem, per comminationes Albani Ducis periculosissimas,
nullibi locorum securus esse valeo.

Quapropter ex commiseratione Christiana, qua erga suppressos
Inferioris Germaniæ Status afficior, ad eorundem multiplicem

Lamenta

E 668

E 668

2
Lamentabilem instantiam atq; petitionem, Iuramento etiam
ijsdem hoc nomine facto, et tam mea, quam Aseclarum meorum
necessitate extrema ad defensionem atq; conseruationem Altis
Hispaniarum Regis Domini mei Clementissimi hereditarum
Inferioris Germania Prouinciaram hereditariarum combellor,
huic Albanica Tyrannidi intollerabili, naturali ac de Jure, ac
Imperij Constitutionibus concessa defensione, omni conatu
resistere

Planè Itaq; in spem venio, Matrem Vram Cesaream, pro sua
singulari prudentia clementissimè per omnes circumstantias
perpensuram, quantis adactus periculis atq; molestationibus
pro defensione naturali iterum hoc bellum susceperim. Qua
de causa etiam Altas Vra Cas: eò maiorem mecum, meisq;
et perditis Inferioris Germania partibus, qui innocenter contra
omne Jus atq; Iustitiam, nostra patria atq; somis, nulla peni-
sententia de Jure lata, premissa, priuati, et nunc per multos
amos in exilio miserabiliter hinc inde agitati sumus, nec adhuc
ad audientiam peruenire possumus, patientiam ex sincero ac
Christiano animo profectam habituram. Ut et omnino dubium
michi non est, Altis Vra Casarea, vt totius Christianitatis capiti
supremo, omnem Tyrannidem summè displicere, eandemq; neq;
meis neq; meis, quibus patriæ salus cordi est, nullam omnino
simis tram suspicionem capturam, sed nos per præallegatas
causas excusatos habituram.

Hoc Altis Vra Cas: apud omnes sapientes summo honori,
desolatis et afflictis Inferioris Germania partibus solatio erit,

Nosq̄ idem erga Altissimam Vram Casaream, omnibus nostris
vitiis atq̄ facultatibus promereri amitemur, simul eidem
humillimè supplicantes, ut audita etiam aduersa parte, hæc
candidissimè interpretari dignetur, nostramq̄ moram debito,
sed non sine grauissimis causis factam longiorem in malam
partem capere velit. Hisce, me, meosq̄ Matri Vrae Casarea
in eiusdem tutelam atq̄ protectionem quam humillimè com-
mendans, quam Altissimus in diuturna Valetudine exoptata
ac foelici Regimine Casareo et optima pace conseruare dignetur.
Data in Castris meis XXVij Augusti Anno M. D. LXXII
Et sic subscriptæ.

Vra. Matri Cas:

Humillimus et
obedientissimus

Guillelmus Dei gratia
Princeps Vranice, Comes in
Hassau et Catzenelenbog &

f. 36 y 37

E 668

Copia de la Carta que el
Principe de oranges
escriuio al Em^{pa} en 27
de Agosto 1572

Para
Embair a su M^o Cac^{ca}

Copiada por M^o Guzman
en ~~1847~~ de Mayo de 1847.